



Creatori nostro nos faciant proximiores, sed nos aut merita bona conjungunt, aut mala disjungunt. In fine excellentiam 23. q. 4. legitur quod apud Deum non locus elegantior, sed vix comprobatur meliorior, nec ex eo, quod prius ordinatus quis sit, melior haberi debet. Nam ut ait Imperator in l. nemo, Cod. de officio Magistrum militum: In gradu ceteros ante...

His dubitandi rationibus minime obstantibus, vera est Gregorii decisio. Pro cuius expositione sciendum est, tam esse humanarum rerum conditionem, ut vix sine certo ordine subsistere possint; ut enim confusio evitetur, ita ordo servari debet, ut quicquid quae sibi conveniunt, agnoscat, & alieno non se immisceat gradui, cap. ult. dist. 89. cap. pium...

Unde in magna Caetorum, & Afrorum machina ordo servatur. Apulejus de Mundo, Manilius l. 5. Astrorum, Plin. in pavesq. ad Praenoniam, Et sicut in Ecclesia triumphante ordo hierarchicus servatur, e. 1. c. ad hoc, 89. dist. Greg. post l. 4. epist. 52. ita in militante, quae ad instar illius regitur, custodiri debet. c. ad hoc, 89. dist. & ordo servari debet in multis, sed praecipue in publicis negotiis, in defendendis honoribus, in dispensandis ceteribus, in dicenda sententia, aut subscribenda l. ut gradum, ff. de maner. Plea, & Lucas de Penna in l. 1. c. ut gradum, ff. de maner. Plea, & Lucas de Penna in l. 1. c. ut gradum...

Antiquiorem posterius ordinatis praferri, rationi consentaneum est; nam qui prior dignitatem, vel officium assecutus

Ordo dignitatum commutatur.

Traditur ratio decisionis.

est, dignior praesumitur, licet etate junior sit, c. fin. dist. 49. dist. 1. 2. ff. de alio tribuendo, Tiracuell. de primogeniis, 19. Hermosilla d. gl. 2. m. 4. & semper qui prior est tempore, potior est iure, cap. qui prior, de regul. iur. in 6. Sinec. dist. 172. Inverecundam est unum resistere multis, Juno. rem senioribus, iis qui consumentem totam vitam in Sa. cerdotio, cum qui nondum anno superiore rem attigerunt. Cap. l. P. R. epist. 89. Aequum est, nec ulli de fratribus vide. tur fieri iniuria si his qui veritate praecedunt, pro gratia sua merito in suis Provinciis a Sacerdotibus ceteris honorat deferatur. Unde apud omnes primo in Senatu cooptari potiore gradum habentur in actibus, tam publicis, quam privatis. Apud Romanos enim inter Consules ille major habebatur, qui prius Consulatum in urbe obtinisset, l. nemo, ff. de Consulibus; ut Tacito, & Cicero probat Laugleus l. 2. ff. de Consulibus, c. 7. In Ecclesia adeo antiquitas temporis attenditur, ut si Abbates, aut Clerici ad Legati Episcoporum mittantur ad Concilium ad subscribendum, posterioribus Episcopis praferuntur, et constat ex Concilio Epauensis, Aurel. 2. Cabillon. Et ne lis de tempore confectionis moveatur, ut supra dixi, in Conc. Milevit. cap. 14. African. can. 56. Carthag. cap. 92. l. sanctissimus, 29. c. de Episcopali auctoritate, cautum est, ut dies, Consul. que in litteris confectionis apponatur: et in ipsi Concilio juniores antiquiores Episcopos honoris causa Patres appellabant. Conc. Carthag. can. 58. apud Balsamon. Nec antiquitas temporis attendebatur, tantum in subscribendo, verum & in sedendo. D. Greg. l. 7. ep. 112. ad Siagrum Episcopum (Episcopum secundum ordinationis suae tempus, sive ad confidendum in Concilio, sive ad subscribendum, vel in qualibet alia sua loca attendere decernimus, & suorum sibi prerogativam ordinum vindicare.) Et apud nos Consiliarii, & Officiales Regis, qui primo adepti fuerunt possessionem officii, praesertunt posterioribus, est prius electi essent, ut pluribus relatis docet Valenzuela conf. 34. n. 36. & prius obtinens gratiam ad beneficium, praefertur illi, qui postea eam impetravit, c. duobus, c. ubi, de referrip. in 6. c. si a Sede, de prob. cod. lib. & Canonici prius in Ecclesia receptus praefertur alio, etiam anteriori in gratia. Gratianus in additivis ad decisionem Marci 16. n. 1. c. 2. Recte igitur, & iuxta Ecclesiasticam disciplinam statuit Greg. in praesenti, ex antiquitate temporis majoritatem esse adfirmendam: utrum vero in sedendo antiquior a dextris, an vero a sinistris sedere debeat? disputant Roussellus l. 3. biffor. iur. Pontificii, c. 8. Baroanus anno CCXXV. Vinus in notis ad Conc. Nicenum, Sherlogus tom. 2. in Cantic. vestigar. 19. sed. 9. c. vestigar. 21. sed. 1. Ant. Nebrjensis in quinquagesima, c. 39. Latus Bificiola tom. 2. horarum successu. l. 11. c. 5. Savarus ad Sidonum l. 1. ep. 11. verbo Simi. fra, Mendoza in Viridario, l. 5. problem. 5. & locum medium communiter honorariorem adfirmari, constat ex Cassiodoro in Psalm. 50. Prius muros dixit, ut cunctos concluderet: nunc dicit & medium Civitatis, designans nobilissimos, & Praetores, qui honorabiles videri voluit semper in medio constituti. Virgil. 9. Aeneid.

Medio dux agmine Turnus. Ubi Donatus ait: Praefatus maior in medio esse solet. Probat Savarus ad Sidon. l. 4. ep. 20. verbo Pede, ibi: Et est medium praefatus. Nec obstant difficultates supra expensae. Non prima, cui facile ex supradictis responderetur, aliter, quod licet acceptio personarum non sit habenda, tamen ut confusio evitetur, ordo servandus est; in eo autem non merita adfirmantur, ut probavimus, & statuit Julianus Patricius novella 4. §. 21. in illis verbis: Inter Clericos non temporis antiquitas, sed doctrina, & probitas cuiusque spectanda est. Nam potius antiquitatem attendimus, quia facilius tempus computatur, quam merita dignoscuntur, juxta textum in c. unie, ut Ecclesiast. benef. c. 1. de donat. dist. Diversum tamen apud Deum observatur, qui abcondita novit, c. novis, de offic. Legati, c. novis, de appellat. apud quem non gradus elegantior, sed vitae melioris actio comprobatur: nec consideratur qui antiquior, sed quis iustior, d. c. non loca, c. multi, 40. dist. Nec argumentum difficultatis refutatur; quia licet vera sit utriusque juris regula, videlicet qui prior est tempore, potior est iure, de qua in d. cap. qui prior, l. qui balmum, l. potior, ff. qui posteriores, l. si fundum, c. cod. tamen aliquas patitur exceptiones, de quibus in supra citatis iuribus agitur, ubi priores tempore, ob specialem rationem potiores in iure non sunt. Videndi sunt Tufchus littera P. concil. 465. plures relati a Barbofa axiom. 168. Nec secunda difficultas obstat; nam non est improbanda quaestio super majoritate, etiam in Ecclesiasticis personis, dum de ipsa jure, iustitiae contendatur, ut late probant Valdes de dignit. Reg. in progno. Belsold. dissert. iuris Polit. c. 3. n. 7. Moldenus de nobilitate, c. 1. n. 55. Auctor Feccialis, five juris inter Genes, c. 2. sed. 4. per totum. Abulc. in Martiano, q. 23. 45. c. 47. Laurea alleg. 51. fiscal. Solozarum de practol. §. 3. n. 20. Ramirez de Prado in allegat. de practol. n. 2. Nec adversatur argumentum deductum ex d. c. statumus; nam nostra assertio procedit ceteris partibus, cum majoritas contenditur inter aequali gradu pollentes; non vero si unus majori dignitate decoratur, ut in dicit, cap. statumus, dist. cap. a Subdiacono; ut si Episcopus contendat cum Presbytero, Presbyter cum Diacono: tunc enim est ille, qui major ordine est, posterior ordinatus fuerit, praefertendus est.

Sed superiori assertioni primo opponitur textus in cap. cum olim de consuetud. ubi cum Episcopus Londoniensis petisset a Romano Pontifice ut sibi liceret Praetentoris dignitatem in ea Ecclesia instituere; non enim potest Episcopus novam statuae dignitatem in Ecclesia sine Pontificis con-

Exponitur cap. cum olim de consuetud.

consensu, cap. 25. dist. 21. cum exinde alia mihi videntur, c. nullus, dist. 59. Azor. tom. 2. dist. 1. 6. n. 30. q. 10. Innoc. III. in concilio, dum sine lesione institui possit, illumque locum in seculibus; & praefectionibus habere, quem similes Praetentores in aliis Ecclesiis obtinent. Cum igitur Episcopus Praetentorem instituit, ille noviter electus in praesentium Decani, & aliorum majoritatem in ipsa Ecclesia sibi vindicabit eo praetextu, quod diversae essent Ecclesiarum consuetudines. Decanus vero, & alii antiquiores Canonici, causam propulerunt coram R. P. qui Episcopo Helensii rescripti, ut ipsum Praetentorem compelleret ea dignitate manere contentum, quae ex consuetudine rationabili illi competit. Ex qua textus serie deducitur, non attendi ad majoritatem tempus ordinationis, sed quid consuetudine observetur: igitur non recte asseritur, semper majorem, potiorremque haberi eum, qui prius ordinatus est. Pro hujus textus expositione sciendum est, quod licet prioritas majoritatem adfirmetur ex causis, & principiis supra adductis; id tamen procedit, nisi contrarium consuetudine introductum sit. In praesentis enim totum sacre consuetudinem docuerunt Conclonius ubi supra, n. 6. Gratian. dist. c. 198. c. 492. c. 477. Barb. in selectis in d. c. cum olim 6. Salgado de practol. Regia, 2. par. c. 9. n. 18. Elcobar de Regia, & Pontif. iurist. c. 24. n. 99. Castillo de tertis, c. 41. n. 64. D. Joannes de Solozar. in allegat. pro praetentore. Concilio Indiar. n. 31. c. 59. Unde recte in d. c. cum olim, cum de praecedentis agatur, inspicendum esse consuetudinem Innocentius decrevit; & in ipsa propria Ecclesia non erat praescripta, vicinarum Ecclesiarum attenditur consuetudo, juxta textum in c. super eo, de consuet. c. de his, 12. dist. c. fin. de sponsalium. Unde in aliquibus Ecclesiis Gallicanis non observari prioritatem ex tempore, sed plerumque confundi, ex diversis Conciliis, & eorum subscriptionibus notavit, Hallier. de iurist. literar. l. 4. §. 74. pag. 677.

Secundo superiori assertioni opponitur textus in c. cum omnes 6. de consuet. ubi proponitur, Canonici Ecclesiae Trecentis propriis inhabitans commodis statum fecisse, ut ipsi, tam praesentes, quam absentes fructus suarum praebendarum fructus facerent: item cum vineis quibusdam praebendis annexis essent, ut ipsi dum viverent, eas possiderent; pars vero decedentium ad successores non transferret, sed inter eos dividere. Consuluit Inno. III. in hac Canonico inaequalitate rescripti, quod cum omnes unum corpus finis in Christo, non debent seniores junioribus, aut juniores senioribus invidere, sed omnes qui in una Ecclesia uni Domino famulantur, pari gaudeant libertate, & antiquos Canonicos junioribus esse coaequandos. Ex qua decisione colligitur, in Ecclesia ratione temporis majoritatem, & praesentiam non acquiri; sed omnes coaequandos esse, & pari gaudeant debere loco. Huic difficultati respondendum est, nostris textus decisionem locum habere in sedendo, subscribendo, & similibus actibus: non vero in percipiendis fructibus; ampliores enim, & majores percipere non debent seniores, quam majores; quia cum aequale sit Ecclesiae servitium, aequale debent lucrari proventus; & quia omnes in Ecclesia unum corpus constituunt, diverso jure censeri non debent, c. cum de consuet. c. cum in tu 30. de decimis. c. quia circa 22. de privileg. c. cognoscimus 12. q. 2. Unde cum in d. c. cum omnes, statutum non circa locum in sedendo, aut subscribendo fieret, sed circa majores, & pinguioribus fructus percipiendos; ideo Innocentius illud irritavit. Nec huic solutioni adversatur textus in c. statumus, hoc iis, ubi majores potiores habentur, etiam respectu fructuum praebendarum. Nam sciendum est, in aliquibus Ecclesiis fructus praebendarum non esse praebendis assignatos, sed potius ex communi mensura unicuique portionem praestari, c. ex parte, de concessione praebenda: in aliis vero praebendis distinctas esse, & unicuique certam fru-

Intelligitur cap. cum omnes de consuet.

Difficultas non dubitanda in hoc.

C A P U T II.

a Idem.

Si quis venerit contra decretum Episcopii, ab Ecclesia abiciatur. In libro Regum legitur: Qui non obedierit Principi, morte moriatur. Et in Concilio Agathensi, quod anathematizetur.

N O T A E.

Idem. Gregorius videlicet, cui priora verba nostri textus si quis venerit contra decretum Episcopii, ab Ecclesia abiciatur, tribuit Barchardus l. 1. §. decreti, c. 14. Carnoten. par. 16. Decret. c. 15. Papiensis in l. collect. sub hoc tit. c. 3. Sed hec verba non reperiuntur in operibus D. Greg. in expositione l. Regum. Hec etiam verba tribuuntur Conc. Tolitano a Barchardo l. 15. decreti, cap. 13. Carnot. par. 16. c. 24. Sed in nullo ex Conciliis

Toletanis editis reperitur, imo nec in Concilio Agathensi, ut hic legitur: quare crediderim, primos Decretisti ex sententia tam Gregorii Magni, quam Conc. Tolentani quibus praesentem deprompsisse sententiam, non autem ipsa verba transcripsisse, ut fecerunt in loco libri Regum, quem citant; non enim in aliquo ex Libris Regum similia verba reperuntur: sententia autem deducta potest ex libro I. Regum, c. 14. ut jam notavit eximius Praetor DD. Franciscus Ramos in suo Synag. pro Episcopatu, prop. 2. n. 82.

C A P U T III.

a Leo Papa Anastasio b Thesalonicensii Episcopo.

Legatur in litteris tuis, quod frater c Atticus d chartulam de obedientie sponsoe conscripserat, in qua si legum prodebat injuria: non enim necessarium fuerat, ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarii advenit officio comprobaret.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. I. Pars II.

G g 2

NOTA

Quam partem assignatam reperiri, ut in d. c. omnes. Quo casu si portiones distinctae non sunt, ille potior erit in portione consequens, qui major est ordine, & inter aequales gradu, qui antiquior est, d. c. statumus; ubi agitur de his praebendis, ut post Glossam, & antiquiores ibi docet Petr. Greg. in c. fin. de consuet. At cum in d. c. cum omnes, distinctae essent praebendae, & fructus divisi fuissent, omnes Canonici coaequantur abique eo, quod major habeatur qui prius ordinatus fuit.

Tertio adversatur Valentini, & Marciani consuetudo relata in l. unicuique 7. C. de proxim. favor. l. 12. in illis verbis: Ut nemini penitus liceat, cum sit posterior tempore, locum praecedentis ambire, nisi forte ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione superetur, ut quindem privilegiorum ejusdem scripti testimonio cum Sacramenti ratione subnixus praecedentibus dignior iudicetur, & ex qua aperte deducitur, non temporis diturnitatem, sed merita ad prioritatem attendi debere. Pro hujus difficultatis solutione dicendum est, in eo textu agi de subrogatione collega per mortem proximi praecedentis, in qua nulla antiquitatis ratio habetur, & qui locum superiorem alceat, l. un. C. de collegiis. l. 11. l. penult. C. de communi. Symmachus l. 1. ep. 26. Unde in ea potius laborum, quam temporis ratio habetur, ut docet Fornerius l. 2. de seclat. c. 21.

Quarto opponitur textus in cap. 1. de Parochiis, ubi agitur de Episcopo ab haeresi Donatitarum ad fidem Catholicam reversi, cum jam alii in eorum locum successi, & consecrati essent; quariturque, quomodo recipiendi sint a Catholicis? Et cum jam Melchisedes P. ita respicientibus indulset, ut honorem, & dignitatem retinerent, & duo essent Episcopi collega, ita ut defuncto, alii plobs committeretur regenda; D. Aug. in breviloq. collat. c. 7. in Conc. Africano Patres id confirmant, ut refert Spöndan. anno 401. n. 5. Sed quia aliqui lites inde emegnant, tandem constitutum fuit in Conc. Africano can. 83. quod si Episcopus ex Donatistis ad fidem reversus fuerit, ita inter ipsum, & noviter ordinatum Populum dividatur, ut ille dividat, qui antiquior est in Episcopatu; junior autem eligat. Ex quo textu expresse cognoscitur, attribui juniore majoritatem, siquidem ipse eligat, cum plus sit eligere, quam dividere, l. sanctissimus, §. non autem, C. de donat. l. 2. C. de metat. l. 11. igitur inter duos Episcopos antiquior major non habetur, nec potior. Huic difficultati respondendum est, omnia solutio Hostiensis, Butri, & Ancharam, qui asserunt ibi majorem esse Episcopum ratione administrationis, non vero temporis consecrationis: omnia ista sententia eorum, qui existimant, non dari prerogativam majorem in dividendo, vel minoris in eligendo, ut fuit Tiracuell. de primogeniis, q. 60. n. 10. Lucas de Penna in l. 2. C. de exco. l. 12. est asserendum, quod licet stricto jure rigore, qui ex Donatistis convertebatur ad fidem Catholicam, privandus esset Episcopatu, tamen ex aequitate ut collega retinebatur, facta divisione, ut in textu referatur, minor autem eligat, & major dividat, quia haec forma divisionis, ut aequilium, multorum popularium usus, ac variorum auctorum testimonio comprobata reperitur, d. l. 2. C. de metat. l. unie. C. de his, qui se deserunt. Cuius divisionis aequitate commendavit D. Alber. l. 1. de Abrahamo, cap. 3. Firmior, inquit, dividat, & infirmior eligat, ne habeat quid congueratur: electionis enim licet partem non poterit calumniare; non refidet occasio resistendi, cui datur optio eligendi; nec diviser gravatur; nam quo prudentior, & cautior, ut nec in divisione circumscinditur, nec electione fraudatur. Observantur Barchard. ubi sup. n. 40. Gratian. dist. c. 160. n. 18. Pineda l. 2. de haer. c. 2. §. 1. Guallelmus Fornerius l. 5. var. quaest. c. 22. Stephanus Durantius q. 37. Bronchorst. misel. cens. 1. asserti. 53. Manctius, 2. de tripl. iure, c. 10.

Exponitur lex unicusque, c. de proximis favoribus, l. 12.

Exponitur cap. 1. de Parochiis.

NOTAE.

**L**EO. Primus videlicet, Magnus cognominatus, patria Thucus, electus in R. Pontificem anno CDXL. eo tempore, quo Atrila Italiani invadens, Aquileiam oblesit, ut refertur Baronius, Coriolanus, & alii de vitis Pontificum scribentes: inter alia opera S. Leonis reperitur epistola decretalis 110. quas cum notis edidit clarissimus vir Gerardus Vossius, & recentet Ludovicus a S. Carolo in Biblioth. Pontif. Lipsae G. Praesens textus reperitur in epistola 84. missa Anastasio Thessalonicensi Episcopo, quam ex editione praedicta Gerardi Vossii licet transferere, quae ita se habet. (Quoniam sicut praedecessores mei praedecessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuae, proprium secutus exemplum, vicem mei moderaminis delegavi, ut curam, quam universis Ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostrae mansuetudinis effectus adjuvares, & longinquis ab Apostolica Sede Provinciis praesentiam quodammodo nostrae visitationis impenderes: quia de continenti, opportunoque prospectu promptum tibi esset agnoscere, quid in quibusque rebus vel tuo studio componeres, vel nostro iudicio reservares. Nam cum majora negotia, & difficiliore causarum exitus liberum tibi esset sub nostra sententiae expectatione suspendere, nec ratio tibi, nec necessitas fuit in id, quod mensuram tuam excederet, deviandi. Abandant enim apud te monitorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter intruximus, ut commendat tibi Christi Ecclesias, per exhortationem charitatis, ad salubritatem obedientiae provocares. Quia est plerumque existant inter negligentes, sed desides fratres, quae oportet majori auctoritate curari, sic tamen est adhibenda correctio, ut semper sit salva dilectio. Unde & B. Apostolus Paulus ad Ecclesiam galatensium Timotheum imbuens, dicit: Seniores non increpaveris, sed observa ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenulas ut sorores, in omni castitate. Quae moderatio si quibuscumque inferioribus membris ex Apostolica institutione debetur, quanto magis fratribus & Coepiscopis nostris sine offensione reddenda est? Et licet nonnunquam accidant, quae in Sacerdotibus sint reprehendenda personis, plus tamen erga corrigenda ager benevolentia, quam severitas: plus cohortatio, quam commotio: plus charitas, quam potestas. Sed qui quae sua sunt, quaerunt, non quae Iesu Christi, huic ab hac lege discernantur: & dum dominari magis quam consulere subditis quaerunt, placet honor, inflat superbia, & quod proculum est ad concordiam, tendit ad noxam. Quod ut necesse habeamus ita dicere, non de parvo animi dolore procedit. Me ipsum enim quodammodo in culpa sentio, cum te a traditis tibi regulis immodice deviasse cognosco. Qui si tuae existimationis parum diligens eras, meae saltem famae parcere debueras, ne quae tuo tantum facta sunt animo, nostro viderentur gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniaque ad tuos missa majores Apostolicae Sedis Praesulum scripta perveniant, & nec a me, nec a praedecessoribus meis inveniat ordinatum, quod a recognovimus esse praesumptum. Venit namque ad nos cum Episcopis Provinciae tuae frater noster Atticus, veteris Episcopi Metropolitani Antistes, & de indignissima afflictione, quam pertulit, lacrymans illi actione conquestus est eorum adstantibus Diacombus tuis, qui querelis suis nihil contra referendo, ea quae nobis ingerebantur, fide non carere monstrabant. Legabant quoque in litteris tuis, quas idem Diacombus delevimus, quod frater Atticus Thessaloniam venisset, quodque consensum suum etiam scripturae professione signasset, ut de illo non aliud a nobis intelligi posset, quam proprii arbitrii, & spontanea devotionis fuisse, quod venerat, quod chartulam de obedientia (postquam conscripserat, in cuius tamen chartula mentione signum prodebat injuria. Non enim necessarium fuerat, ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso iam voluntarii advenus probaret officio.)

**Thessalonensis.** Civitas est florentissima Macedoniae, Daciae Metropolis, Illyrici caput, emporium maximum, quod mercatorum ex omnibus nationibus frequentant: hodie dicitur Pelionich, de qua plura Abraham Ortelius, Ptolemaeus, Pli-nius, & Strabo relati a Gruthero fol. 429. n. 9. Berterius distri-buta 1. c. 2. Tamayo in Martyrol. die 15. Maii, Pancirolo in historia Imperii Oriental. c. 72. quae quidem Metropolis erat Macedoniae,

ut tradit Strabo. Unde Thessalonicensis Praesulis auctoritas, & dignitas magna erat in Macedonia. Ceterum iudiciorum Ecclesiasticorum ab eo, ejusque Synodo Macedonica retractatio- nes, quemadmodum & cetera majores causae Romae coram Summo Pontifice peragebantur, etiam post Illyrici Orientalis adunctionem factam Imperio Orientali, ut constat ex duobus epistolis Innocentii I. datis anno 415. ad Rufum Thessalo-nicensem, & ceteros Macedoniae Episcopos. Verum Imperator Theodosius I. quoniam Orientalis canonicas iussu ad Se-dem Constantinensem, referri constitutione lata anno 471. quod refert, & explicat Petrus Marcha lib. 3. Sacerdotii, & Impe-rii motus ex eo, quia Synodus Sardicensis eum modum in re-tractionibus iudiciorum praescripserat, ut si Romanus Pon-tifex restaurandam cognitionem duceret, id fieret intra Pro-vinciam, delegata Sedis Apostolicae vice alicui ex latere suo. Unde cum Praesul Constantinop. esset Vicarius Pontificis, ut probavi in c. quanto, de consuet. & statim dicens, ad illam esse appellandum censebat Imperator. Verum Ecclesia impro-bavit eam constitutionem, & ut Theodosii desiderio in par-tem satisfaceret, Bonifacius R. P. victi suas mandavit The-salonicensi Episcopo per universam Illyricum Orientalem, & ita Thessalonicensis Praesul ab antiquis temporibus vice Sedis Apostolicae gerebat, ut Leo in principio hujus epistolae sic ibi: Quoniam sicut praedecessores mei, ita etiam ego dilectioni ma-joriam secutus exemplum, vicem mei moderaminis delegavi. Unde lucem accipit Canon 20. Conc. Sardicensis in illis verbis: Petrus Episcopus dixit: Non ignoras quanta, & qualis sit Thessalonica Civitas: saepe ad eam veniunt ex aliis re-gionibus Presbyteri, & Diaconi, & non sunt contenti brevi tempore, sed residunt ibi, aut certe vix ad sua redire co-guntur. Universi dixerunt, ea iura, quae constituta sunt circa Episcopos, & circa has personas observari debent. Nam cum in Thessalonica resideret Vicarius Romani P. in Oriente, nihil mirum, quod Thessaloniam ex universa Graecia Episcopi, & Clerici confluerent, ut notatur Severinus Binus in notis ad ipsum Canonem, Bellarm. lib. 2. de Rom. P. c. 2. Anastasius ergo Episcopos mandata sibi a Leone poe-state abatus, multa contra sacrorum Canonum statuta facie-bat in electionibus Metropolitano, & Episcoporum, de quibus eum graviter reprehendit Leo in c. 1. hujus epistolae, cuius reprehensio sine fragmentum extat in c. multum super, 3. q. 6. cumque de eo conquereretur Atticus veteris Episcopi Metro-politani, & quod sibi debita iura non servabat, in cap. 2. ejusdem epistolae etiam ipsum movet, ut iura servaret Metro-politani: cuius fragmentum extat in c. igitur, 25. q. 25. q. 2. & etiam alia observanda in electione Metropolitani praescri-bit in c. Metropolitano, 63. dist. quia similes electione ipse tamquam Legatus Sedis Apostolicae confirmare debebat, ut constat ex praesenti epistola, & alia Simplicii Pontificis, & alia Bonifacii ad Eulalium Alexandrinum: notavit Pamellus in notis ad D. Cyrillum, epist. 68. n. 16. in fine. In praesenti epistola praedecessores, seu majores Leonis sunt Pontifices pos-teriores Innocentio I. sub quo Rufus solam Macedoniae Provinciam regebat iure Metropolitico. Hujus autem iure prerogativa Vicarii Thessalonicensis Praesulem usum fuisse iam per annum 431. sive probat Petrus Marcha in differt. de Primatu Lugdunensi, quae extat tomo 26. Conciliorum: postea a Justiniano imminuta fuit haec Thessalonicensis Ecclesiae au-ctoritas, adjuventis aliquot Provinciis ad constantiam Iustitiane Archiepiscopatum. Deinde penitus abolita est postquam a Leone lauro in odium fidei vindicata a Summis Pontifi-cibus Gregorio II. & III. Illyrici Provinciae, Siciliae & Ga-labiae avulsa sunt a Patriarchatu Romano, & Constantinop. Sedi tribuere, tunc enim intra fines tantum Macedoniae restric-ta fuit haec Praesulis auctoritas.

**c. Atticus.** Ille Praesul erat Episcopi veteris: nam in Macedo-nia, & Illyrico Orientali duplex est Episcopus: veteris, & nova, quarum descriptio tradunt Berterius distri-b. 1. c. 4. in fin. Carolus a S. Paulo in Geographia sacra, pag. 193. Et licet esset Archiepiscopus, tamen obedientiam praestare debebat Primati Macedoniae, Archiepiscopo videlicet Thessalonicensi.

**d. Chartulam.** Iste Scripturam: saepe enim in Conciliis, & legibus antiquis Scriptura charta dicitur, ut probat Lin-dembrogus in Glossar. leg. antiquar. verbo Charta.

**e. Synodus.** Quod sit Iposho, dixi in c. mandato, de consuet. & textum hunc exposui in cap. significati de electione.

CAPUT IV.

a Clemens Papa tertius.

Omnis Principes terra, & ceteros homines Episcopis obedire B. Petrus praecipiebat.

NOTAE.

**C**lemens. Ita legitur in hac collectione, in prima au-tem sub hoc tit. cap. 1. & apud Burchardum lib. 1. decreti, cap. 122. Carnotensem par. 5. decreti, c. 124. tantum legitur Clement. Sed cum haec verba reperiantur in epistola

1. D. Clementis primi ad Jacobum fratrem Domini missa, non est ratio cum Clementi tertio tribuatur, sed Clementi primo. Clementis enim primus scripsit varias epistolas, & octo libros constitutionum, aliaque innumera opera edidit, quae recentet Ludovicus a S. Carolo in Bibliotheca Pontif. in 188. Clemente 1.

CAPUT V.

Innocentius III. a Heribolen.

Illud Dominus in B. Petro. Et infra: v. f. n. quondam Hidenfin. Episcopus Imp. aulae Cancellarius, non atten-dens quia multa sunt, quae praeferat specialem auctoritatem Ap. Sed. de iure non possent, nec deberent impune ab aliquibus atterari, utpote cessiones, & translationes Episcoporum, & alia, quae nota sunt vobis, non solum ob-stant licentia nostra, sed nec etiam postulari, Ecclesia Hildesfemen. relicta Heribol. Ecclesiam occupavit. Et infra: Munitiones autem, & oppida Heribol. Ecclesiae in utilitatem illius se afferunt tenuisse, ne si ad alienas manus for-titan devenerit, non esset qui eam postmodum liberasset. Sed cum spiritualibus sint temporalibus digniora, & obedi-entia melior sit, quam victimae, & auscultare magis, quam adipem arietum offerre, non debuerat idem Episcopus pro temporali commodo Heribol. Ecclesiae, notam incurere inobedientiae, & Apostolicis iussionibus contraire.

NOTAE.

**H**eribolen. Ita legitur in cap. 1. hoc tit. in 3. collectione. & in cap. illud, de Clerico excomm. hujus autem textus histo-ria petenda est ex traditis in cap. 3. & 3. de translatione Episcoporum.

CAPUT VI.

Idem a Illustri Constantinop. b Imperatori.

Solite benignitatis affectu recepimus litteras, quas per dilectum fil. Archidiaconum Dyrachii, virum providum & fidelem Imperialis nobis Excellentia destinavit, per quas intelleximus, quod litterae, quas per dilectum filium Capellanum nostrum tunc Apostolicae Sedis Legatum, tibi transmisisse, Imperio tuo presentate fuerant, & perle-gae. Mirata est autem Imperialis sublimitas, sicut per eandem nobis litteras intimasti, quod nisi fuimus aliquantum increpare, licet non increpandi animo, sed affectu potius commonendi, quae scriptimus, meminimus nos scripsisse. Huic autem tuae admirationi non causam, sed occasionem praebuit, sicut ex eisdem coniecimus litteris, quod legitur de B. Petrum Principem Apostolorum sic scripsisse: Subditi estote omni humanae creaturae propter Deum, sive Regi tamquam praecedenti, sive Ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Volens enim, de quo nos rationabilius admiramur, Imperatoria Celsitudo per hoc, & alia, quae induxit, Imperium Sacerdotio dignitate, & potestate praefere, ex auctoritate praemissa voluit triplex trahere argumentum. Primum ex eo, quod legitur, Subditi estote, secundum ex eo, quod sequitur, Regi tamquam praecedenti: tertium ex eo, quod est adjectum subsequebatur. Ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: per primum subesse Sacerdotium, per secundum Imperium praemineri, per tertium Imperatorem tam in Sacerdotes, quam laicos jurisdictionem, imo etiam gladium potestatem accepisse. Cum enim, & boni quidam Sacerdotes, & quidam eorum malefactores existant; is qui secundum Apostolum gladium portat, laudem vero bonorum, & in malefactores Presbyteros, & eorum excessus praesumptos, utroque potest gladio vindicare; cum inter Presbyteros, & alios Apo-stolus non distinguit. Verum si & personam loquentis, & eorum, ad quos loquebatur, ac ulum locutionis diligen-ter attendisses scribentes, non expressisses taliter intellectum: scribit enim Apostolus subditis suis, & eos ad hu-militatis meritum provocat. Si enim per id, quod dixit, Subditi estote, Sacerdotio imponere voluit jugum subje-ctionis, & eis praerogationis auctoritatem conferre, quibus eos subditos esse commonebat, sequeretur ex hoc, quod & servus quilibet in Sacerdotes imperium accepisset, cum dicitur, Omni humanae creaturae, Quod autem legitur, Regi tamquam praecedenti, non negamus quoniam praecellit in temporalibus Imperator illis duntaxat, qui ab eo recipiunt temporalia: sed Pontifex in spiritualibus antecellit, quae tanto sunt temporalibus digniora, quanto corpori est anima praerenda. Licet nec simpliciter dictum fuit, Subditi estote; sed additum fuit, Propter Deum: nec pure scriptum fuit, Regi praecedenti, sed impositum forsan non sine causa sit, Tamquam. Quod autem sequitur, Ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; intelligendum non est, quod Rex, vel Imperator super omnes, & bonos, & malos gladii potestatem accepisset: sed in eos solummodo, qui nitentes gladio, ejus iuris jurisdictioni commissi, iuxta quod Veritas ait: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Non enim potest, aut debet quicumque servum alterius iudicare; cum servus suo domino secundum Apostolum stet, aut cadat. Ad id etiam in-duxit, quod licet Moyses, & Aaron secundum carnem fratres existerint; Moyses tamen Princeps Populi, Aaron Sacerdotis potestate praerat, & Iesus successit ipsius Imperium in Sacerdotes accepit. David quoque Rex Abiathar Pontifici praeminebat. Ceterum licet Moyses dux Populi fuerit, fuit etiam & Sacerdos, qui Aaron in Sacerdotem inunxit, qui Propheta Sacerdotium recognoscens; Moyses, inquit, & Aaron d. in Sacerdotibus ejus. Quae vero de JESU Benjamin ad commendandam praerogationem ejus rescriptis, magis secundum spiritum, quam litteram debent intelligi; quia secundum Apostolum, littera occidit, spiritus autem vivificat, pro eo quod ipse veri JESU signum expressit, qui Populum suum in terra promissionis induxit. David etiam quamvis diadema Regum obinetet, Abiathar Sacerdotis, non tam ex dignitate Regia, quod Prophetica imperabat. Verum quidquid olim fuerit in veteri Testamento, nunc aliud est in novo, ex quo Christus factus est Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchi-sedeck; qui se non ut Rex, sed Sacerdos in ara Crucis hostiam obulit Deo Patri, per quam genus redemit hu-manum; circa illum praecipue, qui successit est Apostoli Petri, sed & Vicarius JESU Christi. Potuit autem praerogativam Sacerdotii ab eo intelligere, quod est dictum non a quolibet, sed a Deo, non Regi, sed Sacerdoti, nec de Regia stirpe, sed Sacerdotali prosapia: de Sacerdotibus vero, qui erant in Anathoth: Ecce constituit te super gentes, & Regna, ut evellas, & dissipes, adifices, & plantes. Dictum est & in lege divina: Diis non de-trahes, & Principem Populi tui non maledices: quae Sacerdotes Regibus anteponebat, istos Deos, & illos Principes appellavit. Praeterea nosse debeas, quod fecit Deus duo luminaria in firmamento caeli; luminare majus, ut praeseret diei; & luminare minus, ut praeseret nocti: utrumque magnum, sed alterum majus; quia nomine cali praesignat Ecclesia, iuxta quod Veritas ait: Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui summo mane conjuxit ope-rarios in vineam suam. Per diem vero spiritualis accipitur, & per noctem carnalis, secundum Propheticum testi-monium: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Ad firmamentum cali igitur, hoc est univer-salis Ecclesiae, fecit Deus magna luminaria, id est duas magnas instituit dignitates, quae sunt Pontificalis auctori-tas, & Regalis potestas: sed illa quae praesert diebus, id est spiritualibus, major est; quae vero carnalibus, minor est; ut quanta est inter solem, & lunam; tanta inter Pontifices, & Reges cognoscatur f. differentia. Hoc autem si prudenter attendere Imperatoria Celsitudo, non faceret, aut permittere venerabilem fratrem nostrum Patriarcham & Constantinopolitanum magnum quidem & honorabile membrum Ecclesiae, iuxta scabellum pedum suorum b sinistra parte sedere, cum alii Reges, & Principes Archiepiscopis, & Episcopis suis, sicut debent, reverenter f. assurgant, & eis iuxta haec honorabilem sedem assignent. Nam & piissimus & Constantinus quantum honoris exhibuerit Sacerdo-tibus, tua, sicut credimus, prudentia non ignorat. Nos autem est non increpando scripserimus, potuissent tam-amen rationabilius increpare: cum Beatus Apostolus Paulus Episcopum instruens, ad Timotheum scripsisse legatur: Praedica, in ista opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Non enim os nostrum debet esse ligatum, sed parere debet ad omnes, ne secundum Prophetam simus canes muti, non valentes latrare. Unde correctio nostra non debuit esse molesta, sed magis accepta: quia pater filium, quem diligit, corrigit; & Deus, quos amat, arguit, & castigat. Debitum igitur officii Pastoralis exequitur, cum obsecramus, arguimus, increpamus, & non solum alios, sed Imperatores, & Reges oportune ad ea studemus inducere, quae Dominice sunt placita voluntati. Nobis enim in Beato Petro sunt oves Christi committisse, dicente Domino: Pasce oves meas: non distinguens inter has oves, & alienas: ut alienum a suo demonstraret ovili, qui Petrus, & successores ipsius, Magistros non recognosceret, & Pa-



de legib. l. 1. c. 4. & 5. Petrus Greg. in e. congregetis, c. 5. de Offic. Ordin. & l. 5. parisi. cit. 2. c. 2. & l. 7. c. 1. & 2. Garcia in Summa, tractatu 1. difficult. 1. de b. 15. Savarus ad Siderium l. 7. ep. 17. Herodius l. 1. Pandect. tit. 4. Spondanus de camer. 3. p. l. 4. cap. 6. & alii congeit a Barbofa in presentis, & de potest. Episc. p. 1. tit. 7. glossa 1. n. 4. Joannes Caballatus in num. 83. Synodi 6.

15 Traditur ratio dubitandi.

Sed in hanc assertionem ita pro dubitandi ratione infirgo: In orbe unum debet esse caput, cui membra obediunt, & in istis 7. q. 1. sed illud est Imperator, cui obediunt sacra, & profana jubent auctoritates. Scripturae Sacrae, ut Apollolus ad Romanos, relatus in e. omni anima, decessit, & ad Titum c. 1. & 3. & ad Titum c. 3. D. Clemens l. 7. constituit. Apostol. cap. 17. can. 84. Apostol. quae sacra testimonia ita acceperunt Patres relati in e. Julianus 94. c. qui rescripsit 98. cum segg. 11. q. 3. ep. magnum 28. 11. q. 1. Conc. Parisiensis sub Ludovico, & Lothario l. 12. c. 8. Melende sub Sergio c. 2. Turon. sub Carolo can. 1. Aquilgran. sub Gregorio IV. parisi. l. cap. 12. Quod etiam ad Principes tyrannos ampliari, docti, ut solet, probat eximus vir D. Franciscus Ramos in suo synagoga, pro Episcopis. cap. pag. 18. Magna enim est dignitas Regia. Plutarch. l. de doctrina Princip. ubi Principes simulacra Dei esse administrant universa affirmat. Tacitus l. 3. annal. ait Principes instar Deorum esse. Seneca l. 3. de clementina, in his. Deorum vice fungi in terris. Ergo Episcopi Imperatori, non vero contra Imperator Episcopi obediuntiam praestare debent. Augetur etiam hac dubitandi ratio ex facto Salomonis Regis relato l. 3. Regum, c. 2. nam cum Rex esset, Abiathar Summum Sacerdotem deposuit, constituitque ipsius loco Sadoch, unde cognoscitur praesentia Regalis sceptri supra Sacerdotium, etiam in lege veteri. Augetur tandem hac difficultas ex e. nos si incompetentes 2. qu. 7. ubi Leo Pontifex fatetur, quod si ipse aliquid incompetenter gessit, per Ludovicum Regem esse iudicandum: igitur quia Sum. Pontifex, & per consequens ceteri Praelati ecclesiastici subint Imperatori, Secundo in eam partem nostrae assertionis, ubi docetur omnes Clericos teneri suis Episcopis obediuntiam praestare, etiam iulargo. Illi tantum, qui curam animarum habent, praestant iuramentum obedientiae, & fidelitatis Episcopo, & legatur, ubi repetentes, hoc tit. c. ego, c. nullus 5. de iurament. igitur non omnes absolute tenentur praestare obediuntiam Episcopo.

16 De praesentia Sacra dicitur.

His tamen difficultatibus minime obstantibus, vera est supra adducta assertio, ad cuius expositionem sciendum est, duo esse, quibus principaliter orbis regitur, auctoritatem videlicet sacrae Pontificis, & Imperatoriam celsitudinem, & duo 10. dist. 96. Carolus Magnus, c. 167. Principesque itaque totius Sanctae Dei Ecclesiae corpus in duas eximitas partes, in Sacerdotialem videlicet, & Regalem, sicut a Sanctis Patribus traditum accepimus, divisum esse novimus. Et. Idem ait Lupus Ferrariensis ep. 84. ad Ananiam, & D. Bernardus ad Eugenium 77. de considerat. l. 4. & lvo ep. 195. Elegentissime Helicus Monachus l. 1. de viciis Germani, & Gathersus Legatus l. 6. sub medio. Notant Marthae de iurid. l. 1. c. 52. n. 19. Sandenus de Monachia l. 2. c. 3. Prior Principatus res sacras administrat, posterior profanas curat: prior pro sine habet aeternam felicitatem, posterior pacem temporalem. Unde ex Ave, & effectu praesentiam spiritualis Principatus deducit Ave. Clemens lib. 2. cons. cap. 34. ubi: Ergo amplius dicendum est plus hinc accipiat, quoniam alim ille accipiat, quodidem olim ministeria tantum administrabat bello, & pace ad custodiam corporis suscepto, hoc vero Sacerdotium ad Dei honorem administrat, dum pericula ab animo, & corpore propulset: quanto ergo animo corpore praesentiam, tanto est Sacerdotium Regno excellentius: igitur enim, non sicut supplicat, vel remissione dignos: quocirca Episcopum oportet ut patrum legitime, ut Regem mutare. Plura de praesentia Sacerdotii & Ecclesiastici Principatus tradunt Suarez 4. c. 7. Perr. Greg. l. 7. de reprob. c. 2. Haller. de Hierarchia iurid. pag. 403. Roussellus, c. 6. dist. c. 1. n. 1. Valenzuela contra Venetor. p. 4. ep. 47. & Haller. c. 1. n. 73. Quam praesentiam etiam apud Hebraeos receperat, late illustrant Daileans ad Tractum l. 3. pag. 347. Unde eminentior est ecclesiastica iurisdiclio secularis, c. duo sunt 19. q. 6. dist. quaquam eandem originem sortiantur, & circa eandem materiam operentur, hoc est vitoriam coercionem, & virtutum augmentum; nihilominus diversos fines intendunt, atque

CAPUT VII.

Idem Episcopo a Florentino.

PER tuas nobis litteras intimasti, quod cum aliqui Ecclesiae Rom. Subdiaconi pralationes in tua diocesi assequuntur, pro quibus tibi debent obediuntiam exhibere, si quando exigente iustitia te contigerit exercere in primis ecclesiasticam disciplinam, illi Subdiaconatus privilegium allegantes, ad ea se afferant non teneri ad executionem sententiae: ac per huiusmodi Subdiaconatus officium ab obedientia, qua tibi tenentur ratione obtenti beneficii, sint exempti. Super quo postulasti per Sedis Apostolicae oraculum edoceri, utrum quis per ordinem Subdiaconatus a Romano Pontifice susceptum, a debita tibi reverentia subtrahatur. Ad quod breviter respondemus, quod est decens fit, quod illi e quantum convenit, a te inter alios tibi subditos deferatur, quo benignitas Apostolica collatione ipsius ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam alias tibi debent, minime absolventur.

NOTAE.

NOTAE. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. de qua Ecclesia Florentina, & Praelato, cui missa est praesens decisio, egi in e. quod Episcopo 31. de viciis. b. Romano Pontifice. Licet enim quilibet clericus debeat ad sacros ordines promoveri a proprio Episcopo, ut probavi in e. de ordinati ab Episcopo, tamen R. Pontifex, cum sit universalis Episcopus Episcoporum, potest quocumque Parochianum ordinare, & ex quocumque dioecesi constituere tam Presbyteros, quam Subdiaconos, per praesentem, 9. q. 3. Julius I. ep. 2. c. 6. ibi: Ut nullus Episcopus alicuius parochianum presbyterum retineat, aut ordinare absque Episcopi voluntate, vel iudicio, salva tamen in omnibus Apostolica auctoritate. Ea tamen iurisdictione raro, aut nunquam uti Pontifex testatur Stephanus relatus a Gratiano in e. no vero, 9. q. 3. Aliqui parochiani, aut ordinabatur a Rom. Pontifice, ut alicui Ecclesiae urbis Romae praeficerentur, aut in exemplis relatis ab Hallerio de sacra. elect. pag. 648. ut honoris causa, illustribus viris ita postulatis; ut dum Pelagius ordinavit Rufinum: ut in parochia S. Laurentii administraret, de quo in e. in parochias, 16. q. 1. & in calu nostro textus, ubi Subdiaconus ex Florentina dioecesi ordinatus fuit ab Innocentio III.

CAPUT VIII.

Idem Constantinopolitano Patriarche.

INTER quatuor animalia, quae in medio sedis, & circuitu ejus describuntur ab Ezechiele, facies aquila super ipsam quatuor membrae: quia inter quatuor Patriarchales Ecclesias, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quae per animalia supra dicta significantur, quae Ap. Sedes in medio habens, quasi filias amplectitur spirituales, cui eadem quasi in circuitu famulae obsequentes, ipsas Constantinopol. post Ap. Sedem excellentia praereminet dignitate, ad cuius exaltationem tanto libentius aspiramus, quanto ipsam honorabilis membrum sacrosanctae Rom. Ecclesiae artius amplectentes, ipsius auxilio temporibus istis eandem amplius noscimus indigere; ac tuas, qui Domino disponente praesente dignoscitur, petitiones libentius promovere disponimus, quibus non repugnat honestas, nec alii praesentium generatur; cum a nobis injuriarum actio non debeat exoriri, a quibus jura, tamquam a fonte, ad ceteros derivantur. Et infra: Tibi duximus respondendum concedendo, ut hi qui Ecclesias suas, seu beneficia possident, obediuntiam tibi exhibeant, nisi forte aliqua illarum Ecclesiarum ante captionem Regiae civitatis a iurisdictione Patriarchae legitime fuisset exempta. Subsequentem vero petitionem contra Ecclesias, quae tibi subditi postulabas, quae prius quam Constantinopolis civitas a caperetur, Constantinopolitanae Patriarchae minime respondebat, duplici ratione non duximus admittendam. Juris namque ratio postulat, ut in eorum praesentium, quibus eadem Ecclesiae sunt subiectae, nihil ordinemus de ipsis, cum nec citati sint, nec convicti, nec per contumaciam se absentent. Et infra: Super obedientia vero, quam ut tibi impendi faceremus ab Archiepiscopo, & Episcopis a Regni Cyprae, similiter postulasti, fere idem duximus respondendum, cum & ipsi ante tuam promotionem fuerint exempti; quando videlicet Constantinopolis Ecclesia erat inobediens, & rebellis, & in eorum absentia circa statum eorum non deberimus aliquid immutare; iustitiam tamen non negabimus tibi, cum eam duxeris postulandam.

NOTAE.

1 a Idem. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 4. de hoc Patriarcha, & hujus textus inscriptione egi in e. eam inter, & de clerici peregrini, ubi est alia pars hujus textus. 2 a Capere. Quando Constantinopoli obesa capta fuerit a Latinis, retuli in e. quantus 14. de officio Ordinarii. c. Civit. sui. 3 a Citationem enim, seu in jus vocationem, nec Principem tollere posse, probatur ex e. 1. de causa possessionis, Clementina Pastoralis, & ceterum, de re iudicata; post plures duos Ouladus ad Donel. l. 23. c. 2. littera A, & nos plura Deo volente dabimus in e. 1. de causa possessionis. d. saggi Cyprae. Cyprus olim parebat Patriarchae Antiocheno, cum pars Syriae Cyprius esset, ut probant Boquetus l. 2. epist. Innocentii III. ep. 83. Carolus a sancto Paulo in geograph. sacra, fol. 293. notavi in e. 7. de temporibus ordin. n. parat. Propter periculum tamen navigationis, quod in ea insula ma-

Quantum coarctatus. Aliquibus etiam prerogativa in iure expressis fruuntur a R. Pontifice ordinati. Prima, quod si in Diaconos, aut Subdiaconos sine ordinati, non possunt ad aliorum gradum promoveri, nisi a R. Pontifice, aut de eius licentia, c. cum in distribuendis, de temporibus ordinatum. Secunda, ipsi ordinati a R. Pontifice non possunt nisi magno testium numero convinci, & condemnari, c. Praesul, 2. q. 4. Tertia, ut inter alios ministros eisdem gratis ipsi praeficiantur, ut ex nostro textu docent Haller. ubi supra, p. 650. Gonzalez in regul. 9. praesentis, nu. 114. Quarta, ut ab Episcopo deponi non possint. Barbofa in presentis: facit principium illud, cum posse iudicare, qui de ordinare valet, c. nullus, de parochias. Callistus II. c. 8. Sixtus II. ep. 2. c. 12. Julius I. ep. 1. c. 6. Sed licet hujus honoris habita ratione Episcopus debeat item instructam ad Romanum Pontificem mittere, ut illum deponat, quem ordinavit; tamen ex stricta juris ratione depositio ab Episcopo in eam prolata defendi potest, ut docet Haller. ubi supra. d. Absolutum. Non enim creditur Pontificem suo privilegio velle detrudere juri tertii, aut eam gravare: & sic ab obedientia Episcopo debita ordinatum per ordinationem absolvi non creditur Pontifex.

CAPUT IX.

Idem.

QUD super his. Et infra: Abbates, & Sacerdotes dioecesa lege tibi subditos, qui ad tuam Synodum venire contempnunt ( dummodo in ipsa Synodo non ducas aliquid statuendum, quod canonicis obviet institutis ) per b. cens. eccles. ad Synodum venire compellas, & debitam tibi e obediuntiam & reverentiam exhibere.

NOTAE.

COMMENTARIUM.

1 a Idem. Ita etiam habetur in quarta collectione, sub hoc tit. c. 1. nullibi tamen constat, cui missa fit haec decisio; credo tamen in ea proponi aliam partem decisionis textus in e. quod super 7. de fide iustorum. & c. quod super 8. de viciis, ex quorum inscriptionibus restituta est praesentis in hunc modum, Innocentius III. Canonarum Archiepiscopo: de qua Ecclesia egi in e. 2. de rescriptis. b. Crisostomus. Id est excommunicationem, & suspensionem, & quocumque de verborum significatione, & reverentiam. Juxta textum in e. congregate, de officio Ordinarii.

EX hoc textu talis deducitur assertio: Abbates, & Sacerdotes, qui sunt dioecesa lege Episcopo subditi, debent ad Synodum vocari venire. Probant textus in e. annis, 18. dist. c. fin. de causa possessionis, Concilium Mogunt. sub Rabano can. 16. Concilio Alifiod. can. 7. Ut medio Mayo omnes Presbyteri ad Synodum in civitatem veniant, & Kalendis Novembriis omnes Abbates ad Concilium conveniant. Concilium Liptinense sub Childerico anno 743. celebratum: Ut Presbyteri semper in Quadragesima rationem, & ordinem ministerii sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de praesentibus, & ordinis Missionum ipsi Episcopo reddant, & obediunt. Ludovicus in cap. Aquilgran. l. 1. cap. 99. Ut dicenti gratia alio, non Quadragesimo tempore, Presbyteri ad civitatem vocentur. Illustrant ultra congeitos a Barb. in presentis, & de potest. Episcop. alleg. 93. & in Tridentinum sess.

4 Conclusio illustratur.